

FEBRIS

DIALOGVS


HVTTE

NI

CVS.

*Der von Gütth
Geyst & vng*

VD 16 H 6333 H 1451331 (M)



W woluminie kolejno współprawne sygnatury:

**Odręczny
spis tytułów**

SD 4122 II

SD 4123 II

SD 4124 II

SD 4125 II

SD 4126 II

SD 4127 II

Inc. 331

SD 4129 II

SD 4130 II

SD 4131 II

SD 4132 II

SD 4133 II

SD 4134 II

SD 4135 II

SD 4136 II

SD 4137 II

SD 4138 II

SD 4139 II

SD 4140 II

SD 4141 II

SD 4142 II

SD 4143 II

SD 4144 II

SD 4145 II

SD 4146 II

SD 4147 II

SD 4148 II

SD 4149 II

SD 4150 II

SD 4151 II

SD 4152 II

SD 4153 II

SD 4154 II

SD 4155 II

SD 4156 II

SD 4157 II

SD 4158 II

SD 4159 II


SD 4160 II

SD 4161 II

SD 4162 II

Inc. 331 b

Rkp. XVI wiek





In hoc libro contenta

- 1 Caxemes p. inera mediana, a de peste, Gab. f. yale p. 17. G.
- 2 Poptaria epigon medica, em. de, Antierpie ad 62. L
- 3 Podagra liden elegiac p. Ed. Hesp. Plogitio, 31. C.
- 4 Febrio dialogis Hottentis, 14 brendin Luthon. A.
- 5 In C. Plinij l. 30 cap. 122. Magia Apologia Tuteny. G.
- 6 Masheoli test. de artificiali memoria. A.
- 7 Ars memoriae Ge. Sibitij a pœniata alior. A.
- 8 Vithenta Exorata p. lūm Cornarū. ad 45. Encl.
- 9 Nita ac Brachila p. Vity. Exor. asseruanda p. i. d. Aug. 8.
- 10 Ad illibet calumnias Fudij, rufio Egenolphi. B.
- 11 Disputa de testam. nra a mial. p. i. d. nra. D. Roth a.
- 12 Disp. Wensley Baion. q. D. Roth. Aet.
- 13 Disp. Homin. Shomay de morte Gori.
- 14 Disputa D. Amichatij de p. i. d. memoria. &c. D.
- 15 Disputationes duae D. Rotha p. D. Locandis aliq.
- 16 Disp. D. Amichatij, de 180. Comitah.
- 17 Disp. Casp. Naeij de Phetomina. ad 48.
- 18 Disp. D. Fendij, p. R. i. d. p. d. doctorendo.
- 19 Disp. D. Menay de catharus, rudente P. hio. ad 49. C.
- 20 Disputa D. Roth a. m. P. i. d. doctorendo de P. hio. hio. d. d. d.
- 21 Allocatio a purgatio Sumat D. Naeij, ad 51. C.
- 22 Disp. de phlegmone, 1. Hamilleij & Flacij.
- 23 De lotione a balneis D. Amichatij, a P. hio. hio. d. d. d. E.

24. Disputa. R. Jacobi Tiliichij & Sincero & Nathero.
25. Diss. P. Rell, & Bodrio, Nachholdo.
26. Diss. de causis febrind in grec, V. Clavij.
27. Diss. P. Svin: Scheibij de Archi T. Bi. nativa.
28. De sang & pituita V. Peembach & 3 Doctores
29. V. Peembach & doct. V. Quast medica (D)
31. De calore & spiritus nativo diss. Meinerj & Steinnich. C.
32. De nino & eius quatuor V. Hoffmann & Scheibij
33. De lacte diss. Hufsen & M. Baroth. 34. Estasis Strack.
35. Elementa Hipp. & Gal. V. Peembach & M. Baroth.
36. Reta moderat. ratio V. Meinerj. C.
37. Cae & principia certitudinis V. Tiliij Regionoh. C.
38. Diss. de sepe nativa diss. Lamm, Faysen.
39. Ougo & ca. petri & Bernhardi Eincedling.
40. Cuius de sepe V. Meinerj Steinnich 41. V. Meinerj.
42. Von ungeliefen. 43. Vom Meinerj ^{bro. off} melf.
44. Faceta & mores mense caru. 45. Caphys V. Meinerj. E.

FEBRIS

DIALOGVS

HVTTE

NI

CVS.

*Der von Gült
Crist & v.*

VD 16 H 6333 H 2 1451331 (M)

FEBRIS, DIALO
 QVLRICH DE HVTTEN
 EQV. FEBRIS DIALO
 GVS.

Interlocutores Huttenus & Febris. HVT.

Gospita Febr.



VIN TV ABIS, QVAM
 oportuit primo statim die exigere, tam molestant hospita. Atq;
 audin? Abi, abi apago. FEbr.
 At ex tua simul humanitate, &
 veteri Germanorum instituto
 fuerat, hospitium saltem com-
 monstrare abeunti. Quamquam

te iterum, si fieri potest, oro, ne expellas hoc hyemis, incertam quo diuertendum sit. HVT. Tibi dico primum abi, Ad hospitium deinde quod pertinet, Vides hanc portam? per eam descenditur recta. FEB. Duc me age, verum ad aliquem duc voluptarium, diuitem, potentem, cui equi sint, ministri, comites, & familia copiose, & vestes, & horti, & balnea. HVT. Hospes est hic ipse, ad quem duco, sed non caret his, ac vtitur credo. Atq; eccam tibi domum. Agit ibi magno cum comitatu Cardinalis S. Sixti, Roma huc profectus, pecuniam a nobis ut perat, in bellum contra Turcas quam insumant Romanenses isti, magno iterum apparatu expeditionem mouentes periti bellatores, obnoxium tibi genus. Age, occupa, Cubat autem in palla purpurea, supinus, inter complura circum aulae, & ex argento coenat, ac auro bibit, ita

*ardio
 alio*

*palla
 aulae*



SD41257

delicate, vt neget in Germania esse homines, qui palatum habeant. Damnatq; perdices hic & turdos, Italicis absmiles dicens, ac nihil sapore respondententes. Nauseat & ferinam, ac panem insipidum vocat, ac vinum bibens lachrymatur, Italiam clamans, & Cursicum inuocans. Obq; has imprimis causas Barbariem nobis imputat, et ebrios vocat. Nec per quattuor menses, adhuc semel appetitui satis fecit, ganeæ & saporum inopia, FEBR. Surdæ cantilenam hanc. HVT. Quid? Non aptus tibi hospes? aut quemquā hic inuenies magis principem, cui sic inclinent alij, & congenudent? Aut non dignus tibi videtur febre? FEBR. Etiam Podagra. HVT. Quam ob causam non placet igitur? FEBR. Ille macilentus? Ille gracilis? Iunceus? & exuiceus? Ille obstipito capite? Ille nuper inter fratres, atq; adeo casearios? nouitius Cardinalis? per reliqua vetus? Ille tribus obulis coenans? Cuius ego cocum redeuntē saepe a foro cū carnis semuncia video? HVT. Inuertis omnia. Ille inquā magnificus, ille reuerendissim⁹. Ille a latere, cui⁹ est domitio, cuius paternitas, cui⁹ clemētia. Quē credibile nō est fordide vitam degere, cū Germanos satis lautos non putet? FEB. Vt viuat ipse, nihil pugno. Me vero quomodo bene habebit, qui suos omneis male pascit, male ve-
 stit? Ad cuius aedes vbi cōpulsassem nuper, & me increpauisset ianitor, petiissemq; aliquot ibi dies hospitari, audin hos inquit strepitus? Audio dixit. Erat autem qui dam aliquid quasi petentium pulsus. Panem ait rogant pransi domestici. Panem inquā ego? Atque ita parce datur hac in domo cibus, vt ne panis quidē satis apponatur? Ita parce inquit, Tum puluilli non sunt, aut plumeæ nullaq; omnino mollicies, præterquā ea, cui se Cardinalis ipse deuouit, & in qua delitiatur. Verum is male dictionibus aduersum te instructus est, excommunica-

*Congenudent
 his
 & vult*

turus, statim, ac latū intro pedē accefferis. Legatus est enim Leonis Maximī, male & bene ut meretur quis, aut ipsi visum fuerit, precari potest. Dīctum putauī, atque abiens, te inueni benigniorem statim hospitem. HVT Tum me tenuius, ut video, coenare oportuit, quem tu nunquā, si meminero, inuenies hos apud Sacerdotes, largius epulantem. Verum isti tibi opifices inepti sunt opinor & ipsi hospites. FEBR. Qui me partim inedia procul arcent, partim corporis exercitio longe proturbant. HVT. Ad prīcipum te autem domus, aut illorum diuitum quid si adduxero, aut mercatores, atque adeo Fuccheros tibi si indicem? FEB. Nihil, cinctos omnes turba medicorū inueni accedens aliquādo. Proinde & apud ipsos non est locus, duc alio, per meum illud in te vetus beneficium oro. HVT. Per quod tuum beneficium? Quam mihi fictionem narras? Tu autem beneficio afficis, quos habes? FEBR. Te omnīū maxime. An excidit, octauo ab hinc anno quā te studiosum, quam pietati deditum, & quam patientem te reddiderim, quartana quando adfui, sex non amplius menses? HVT. Immo valde quando cruciabas tu me, ego cōtra tui tædio, impensius studia colui. Verum agnosco consilium. Ad illum te refers defensorem tuum, quī ista instruxit oratione, qua vteris, apud eos quibus per risum etiam molestiam accumulas, fingendo studiosos facere te, & ingeniosos. Quod si vera sunt, quā de tuis ille beneficijs commemorat, quare non item valentior me reddidisti post, cum ille dicat, a quartana quod conuauerit semel, eum rectius valiturum post, quam vnquā prius? At ego, tot illos a tuo discessu annos agrotauī, alijs atq; alijs continuo morbis. FEBR. Quia derelinquendi tui consiliū haud dum coepi, & tunc quidem ut mox reditura abcessi. Nunc vero nisi in aliquod me dis-

it. quartana
vi. n. n. n.

gnum auertis hospitū, dico tibi vt propositū est meum,
ne adhuc quidem deferam, ac irato etiam adero, totos si
videbitur lex aut septē ānos. HVT. At ego tribus vt il
le obulis interdū obsonabo, & abstemius viuam. FEB
At te ego delicatum reddam, per mei affectionē alia ex
alijs vt concupiscas. HVT. Tunc medicos superinduc
cam tibi, & illū statim magna cum fiducia Stromerum.
FEBR. Ha medicos, ha Stromerum, quasi tuos ego
ibi mores haud sciam, qui ægrotare malis totum libēter
annum, quam illud semel aut iterū vorare Ra barbarū,
aut Hellebori scrupulos duos. Quin illum mihi super
inducis, qui videns auenæ granum in agri lotio, equū
deuorasse eum putauit. HVT. Quod cauere me opor
tet, nunc autem alios iterum ad hospites traducam. Et
quia cum voluptarijs illis negotiū tibi esse dicis, sequere
hac me, ad illos abimus fratres, molliter per omnia vi
uentes, vel hoc argumento, quod obesi sunt, & bene cu
rata cute, tum iucunde viuunt & suauiter, moranturq;
intra cellas, raro ad illud quod obesse tibi uideo, corpo
ris exercitiū abeunt. Bibunt autem vinū, & esu pi
scium vtuntur intēperatissime. En te dignum hospitium
FEBR. Non abducis, Audiunt enim muliercularum
confessiones, & incantamēta discunt, quibus vel procul
visam me abigunt. HVT. Vin, ad illos igitur Canoni
cos, quibus eadem ista affatim, & copiosius adhuc mul
to adsunt, nisi quod equitant interdum, & venātur, ex
ercendi simul & oblectandi sui gratia? Omnino conue
nire tibi existimo, siquidem petis succulentos, & bene
pastos aliquos, qui opipare coenāt, molliter cubāt, sua
uiter oriantur, & ne quid esse aduersum te munimentū
suspiceris, secure vitam degunt, illis mediū digitum
ostendentes medicis, quos tu nescio quomodo in tantū
metuis, apud Fuccheros, cum plerumq; magis ægrotēt

*Stromeri
meminit*

Digni Jobz

*Canoni
ci*

axons / in
medico

FEBRIS, DIALO

quibus ipsi adfunt, quam qui, vt apud Saxones, sine medicis aetatem degunt. Scilicet medicos contemnunt hi, quos dixi. Præterea supini vt plurimū iacent, & in balneis delitiantur, aguntq; conuiuia creberrime, & inter scorta ebrii ad multam plerūq; noctem desidēt Quo fit, vt crudis sint stomachis, & subinde male concoquant, FEBR. Est hoc quidem aptum feбри genus, ac digni videntur huiusmodi, quibus quam diutissime cohabitē Sed vereor innumerabiles ne me ibi ægritudines prævenerint, quādoquidem sic viuūt illi, Putas tu aliquem horum enim, morbo haud dum captum? & quem non occupauerit podagra nuper, aut calculus, aut hydropis, aut Ischia, aut articulorum cruciatus, aut lepra, aut morbus regius, aut caducus, aut Gallicus, aut pessima quæq; scabies, aut Cancer, aut Polypus, aut Lupus, aut Fistula, aut Angina? Aut qui manibus ac pedibus per multam miser Ebrietatem tremat? aut laterū dolor quē vexet? aut qui vtcūq; affectus sit, quo minus feбри locus esse possit? Nam & hæ, quas dixi, & aliæ innumere pestes, culinam sequūtur, mensas & cōuiuia quarunt, ac cum delicatis illis, & pinguibus, habitare gaudent, & ad ferculorū vt ego varietatem, et luxum, agminatim confluent, HVT. Confide, aliqui vacant enim, iste inprimis Curtisanus, qui nuper ab vrbe reuertēs, cum apud quendam illic Cardinalem didicisset molliter viuere, in medias se repente delitias coniecit, agitque periucūde. FEBR. Bibit vinū? HVT. Perbibit, FEBR. Condit pipere, & cinamomo, & zinzibere, & gariophyllo? HVT. Largissime. FEBR. Habet lectos, & tapetas, & culcstras plumis suffertas, & ceruicalia, & sericum? HVT. Instructissime. FEBR. Tum pisces edit etiam? HVT. Lurcatur, sed non nisi caros, & magni emptos, amaretq; perdices, & phasianos, & si leporem edat, pula

urb. fauis

G V S H V T T E N I C V S.

chriorem se fieri putat, Iam autem longam hanc hyemē
dicit, qua caret asparagis. FEBR. Et lauat non nūquā
HVT. Cupidissime, & crebro. FEBR. Non avarus
est interim. HVT. Profusissime liberalis. FEBR. Ne
gotium est illi cū medicis. HVT. Odit infensē, & Ger
mania expellēdos putat. FEBR. Pellitus est, aut aliter
bene vestitus. HVT. Immo ut ille apud Martialem,
Optat & oscuras lucēs, ventosq; niuesq;

pellitus

Inter sexcentas Bacchara gausapinas.
FEBR. Vereor ne me haud diu sustinere possit, his mo
ribus. HVT. Id tu videris scilicet, quā cur velles statim
suffocare, quem diu tenere possis. FEBR. Si me deli
cate nimis tractauerit. Verum heus tu, habet Musicos.
HVT. Et parasitos. FEBR. Et scortum habet, quod
nos curet. HVT. Quoddam molliculum & blandum
FEBR. Habet ventrem. HVT. Iam extare illi incipit.
FEBR. Quod si me nō accipiat ille, tunc tu quo duces.

HVT. Circumducam. FEBR. At te ego circum
scribā. HVT. At te ego contemnam. FE.

At te ego iugulabo. HVT. At tibi ego
oppedam. FEB. Febri. HVT. Tibi

Febri, suffraganibus inedia, ex

ercitio, sobrietate, & acta

duriter per omnia vi

ta. FEBR. Ten

tabo bene

fici

ariū illum, post

de te videro. HVT.

Ut voles, ego me hinc proripio.

FEBRIS, DIALOGI FINIS.

Mense FEBR. An. MDXIX

entorale fer puer. Iam enim longis hanc hyeme
etiam quae carere debet. Erit. Iam enim non regit
HVI. Cupiditate. Erit. Erit. Erit. Erit. Erit.
etiam quae carere debet. Erit. Iam enim non regit
HVI. Cupiditate. Erit. Erit. Erit. Erit. Erit.
etiam quae carere debet. Erit. Iam enim non regit
HVI. Cupiditate. Erit. Erit. Erit. Erit. Erit.
etiam quae carere debet. Erit. Iam enim non regit
HVI. Cupiditate. Erit. Erit. Erit. Erit. Erit.

Quae. Quae. Quae. Quae. Quae. Quae. Quae. Quae.
etiam quae carere debet. Erit. Iam enim non regit
HVI. Cupiditate. Erit. Erit. Erit. Erit. Erit.
etiam quae carere debet. Erit. Iam enim non regit
HVI. Cupiditate. Erit. Erit. Erit. Erit. Erit.
etiam quae carere debet. Erit. Iam enim non regit
HVI. Cupiditate. Erit. Erit. Erit. Erit. Erit.
etiam quae carere debet. Erit. Iam enim non regit
HVI. Cupiditate. Erit. Erit. Erit. Erit. Erit.

etiam quae carere debet. Erit. Iam enim non regit
HVI. Cupiditate. Erit. Erit. Erit. Erit. Erit.
etiam quae carere debet. Erit. Iam enim non regit
HVI. Cupiditate. Erit. Erit. Erit. Erit. Erit.
etiam quae carere debet. Erit. Iam enim non regit
HVI. Cupiditate. Erit. Erit. Erit. Erit. Erit.
etiam quae carere debet. Erit. Iam enim non regit
HVI. Cupiditate. Erit. Erit. Erit. Erit. Erit.

etiam quae carere debet. Erit. Iam enim non regit
HVI. Cupiditate. Erit. Erit. Erit. Erit. Erit.
etiam quae carere debet. Erit. Iam enim non regit
HVI. Cupiditate. Erit. Erit. Erit. Erit. Erit.
etiam quae carere debet. Erit. Iam enim non regit
HVI. Cupiditate. Erit. Erit. Erit. Erit. Erit.
etiam quae carere debet. Erit. Iam enim non regit
HVI. Cupiditate. Erit. Erit. Erit. Erit. Erit.

ETIAMS. DIABOL. FINIS.
ETIAMS. DIABOL. FINIS.



